Zur

ÖFFENTLICHEN PRÜFUNG

und

zu den Redeübungen,

welche

am 2. April Vor- und Nachmittag und 3. April Nachmittag

im

Saale des Königl. Gymnasiums

gehalten werden sollen,

so wie

zur Entlassung der Abiturienten

ladet ganz ergebenst ein

der Direktor

Gottlieb Theodor Fabian.



Inhalt:

Tilsit, 1849.

Gedruckt bei J. Reyländer.



Quum partes mihi datae essent, ut dissertatiuncula ad examen publicum invitarem, consilio saepius mutato, in animum tandem induxi, vocabulorum modo contractione modo dialysi affectorum usum explanare. Quod ut facilius consequerer, omnes affectiones, quas haec vocabula subeunt, in quaestionem vocavi: nec minus necessarium duxi, synicesin diligentissime explicare. Quae igitur huc illuc adnotata sparsimque tradita vidi, in quadrum redegi, plurima supplevi, pauca, quantum potui, novis argumentis tueri aut emendare conatus sum: qua in re si Hermannum ipsum aggredi ausus sum, veritas plus apud me valuit quam auctoritas. Praeter tragoedias plane superstites legi fragmenta, quae Dindorfius in corpore poetarum Graecorum contulit. Clytaemnestram vero, quam quidam Sophoclis nomine publicarunt, intactam reliqui. Auctor enim est ignobilis ac ne primis quidem rudimentis linguae Graecae satis imbutus. Ut alia silentio transeamus, tantum afferam, quae nostram disputationem spectant. Casum possessivum declinationis primae syllabis *εω*, *αο*, *αω* terminat, substantiva in *ευς* desinentia per *ηος*, *ηϊ* nunquam non declinantur, non minus in diverbiis dialysis regnat quam in canticis, quin etiam verbi contractionem poetilla respuit. Idcirco hoc fragmentum ab antiquitate alienum nec dignum judico, de quo disputetur. Quod ad rationem et viam a nobis initam attinet, auctoritate et exemplo Lobeckii, praeceptoris clarissimi, (ad Ajac. v. 414) summam dissertationis e metris diversis pendentem fecimus. Etenim quam difficile sit, tragoediam recentiorem, ab Hermanno negligentem in numeris et immodicam in solutionibus dictam, certis finibus constituere, nemo non videt. Itaque nulla temporis ratione habita diverbia et carmina accurate distinxi. Illa partitus sum in *ῥήσεις ἀγγελικάς* et sermones ad epicorum exemplum conformatos. In his carmina melica, quae vocant, a systematis anapaesticis separantur. Cantica illa denuo divisa sunt, prout metro jambico et trochaico decurrunt, aut numeros dactylicos habent, quibus anapaestici, choriambici, ionici accedunt. Versus ipsos e

numero in iis praevalente nuncupavi: cujus rei veniam eo facilius impetrabo, quum principes metricorum inter se dissideant. Illud vero ne quis vitio mihi vertat, quod conjecturas audacissimas inutilesque et scripturas falsas et versus aperte corruptos silentio praetermisi. Aristophanem denique et alios veteris comoediae poetas a recentioribus quam accuratissime separatos vides. Versibus modo dictis accedunt Aristophanaei, qui a dialecto Attica inter omnes longissime absunt. In comicas, ut ita dicam, et lyricas, carminum tragicorum similes, dividendas esse cantiones putavi. Illos autem locos omisi, ubi Aristophanes Dores et Boeotos in sua dialecto loquentes inducit. Hoc velut vestibulo usi singulas contractionum species recenseamus.

De contractione in verborum fine neglecta.

Caput I.

A. Substantiva.

a. Declinationis primae et secundae.

Horum ex classe quum contractionem perpauca subeant nec nimium scenicos frequentent, singula tantum in promptu habeo: Soph. Trach. 113 *βορέα* C. Eurip. Cycl. 329. S. Aristoph. Vesp. 1087. S. *βορέας*, quam solutionem orationi pedestri pariter probatam Cratinus repudiat fragm. p. 132 *βοῤῥᾶς*. a) Ad similitudinem nominum *λυκέα* et *ἀρνέα* (Herod. Philet. p. 449) accedit singulare positum *κυνέας* Eurip. Supp. 719 pede primo *ῥήσεως ἀγγελικῆς*, nisi *κυνᾶς* praestet cf. infr. s. *εος*, *εα*, *εον*. Aristoph. Nub. 269 *τὸ δὲ μὴ κυνῆν* vers. Aristoph. Vaticanae *μηδὲ κυνῆν* Kuesterus probat ob metrum, cui sic consulatur. Alii, quia simplex negatio requiratur, cum Bentlejo praeponunt: *μὴ κυνέην*. Ut *μηδέ* offensionem habeat, tantum abest, ut dictum sit elegantius cf. Herman. ad h. l. Genitivi inclinamentum *αο* Hermannus e tragicis jure exterminat Disq. de Orph. p. 725. Nihilo minus correctionem Musgravii *ᾅδαο* Alc. 126 Wakefieldius et Monkius receperunt, quia MSSta *ἅδα τ' πύλας* versu ruente praebent. Quod Matthiaeus dedit, undecunque scripsit, sensui adversatur. Hermanni vero conjectura quamvis audicissima versum sanat: *ἅδα τ' πυλῶνας*. Unicum exemplum, quo genitivus in *αων* desinit, repperi Pers. 126 *μελισσάων*. Sed non est, quod a vulgata *μελισσῶν* discedamus. Aliis locis ne diversitas quidem scripturae *αων* comparet. Aristoph. Av. 850 et 865 *Μουσάων* ad citharam canit poeta dithyrambicus. Iqsum Dionysum *ὑπαγοιγομενάων* Hermipp. fragm. p: 410 loquentem a poeta inductum esse Athenaeus testa-

---

a) Fragmenta comicorum e Meinekii editione plerumque allata sunt. S. est signum senarii, C. cantici, ⌢ Synizesis.

tur. Alterius declinationis sunt: Phil. 1208 νόος C. Laur. A. B. stabilitum. Prom. 163 νόον C. antistrophico non respondet. Elmslejo, qui auctore Suida s. v. ἔγχος Oed. R. 170 νῷ recepit, Erfurdtius ad hunc locum objecit, alienum esse a carmine chorico. Equidem in neutram sententiam inclino, quod praeterea e carminibus exempla nulla, ex anapaestis duo contracta. Oed. Col. 1765, fragm. Iol. 282 νοῦς supersunt. Hanc enim vocem et πλοῦς, χνοῦς, πρόχους tragici, contractione semel neglecta Choeph. 737 νόον, diverbiis unice addicunt et pro πνόος, ῥόος vocabulis ῥοή, πνοή utuntur, si exemeris ῥόον Pers. 743. tetram. troch. cat. Dativum προχόοις, πρόχοις, πρόχουσι illustrat Hermann. ad Eurip. Ion. 419 et Aristoph. Nubes 273. E comicis affero: νόον Aristoph. Pac. 1004 hex. dactyl.; quippe quod vatem Hieroclem deceat. φλόον Cratin. fragm. 215 vers. logaoed., Lob. et Pauw. φλόμον. Men. Gnom. 370

νόον γάρ ἐστι κρεῖττον ἢ σιγὴν ἔχειν

Ald. νοεῖν. Alibi etiam recentiori comoediae νοῦς placet: Philem. fragm. pag. 417. Ad ultimum genitivum ὀστέων tanquam idioma scenicorum denotamus: Soph. Trach. 769. S. Aeschyl. fragm. 360 S. Eurip. Med. 1214 S. Aristoph. Acharn. 1145 tetr. jamb. cat., ὀστέων synizesi affectum Med. 1197. Phoen. 1160 C. aliisque locis. Incerti poetae fragmentum a Clem. Alex. Strom. 7 p. 305 Sylb. servatum ad Menandri δύςκολον fabulam retulit Vossius Mythol. Br. II., 40, quod num recte fecerit, Meinekius dubitat, cum numerorum et orationis conformatio de tragico potius quam de comico poeta cogitare nos jubeat. Quodsi vir doctissimus recte suspicatur, unum exemplum genitivi ὀστῶν in tragoedia contracte scripti habemus. Ceteri casus contrahuntur: ὀστᾶ Eurip. Hercul. F. 974, ὀστοῦν Cratin. fragm. p. 129.

b. Delinationis tertiae.

α. In ος exeuntia.

Genitivi singularis solutio a diverbiis plane abest, in canticis propter exemplorum paucitatem certis numeris assignari nequit. Aeque dialysin nominativi pluralis diverbia respuunt, praeter unum Aeschyleum βρέτεα Supp. 466. Ambigitur enim de Iphig. Aul. v. 1313.

ἰώ, ἰώ· μεγάλα πάθεα, μεγάλα δ' ἄχεα

sitne cum vers 1314 Iphigeniae canenti tribuendus an choro diverbium inchoanti. Re vera numeri soluti et doricum κόρα v. 1314 tralaticiae personarum descriptioni suspicionem admovent. Itaque Hermannus Blomfieldio monente (Mus. crit. fasc. II. p. 189) hos versus ut choro suppositos Iphigeniae continuat: at quomodo personae ejus conveniant, ne uno quidem verbo commonstrat. Nam si cui quid abjudicamus, etiam dicendum est, quo jure ad alterum pertineat. Facile vero quisque cognoscit, sententiis

de rerum humanarum statu in universum prolatis carmen ad finem perductum indicari. Qua re motus in chori partes ea lege scripserim, ut ab initio Iphigeniae afflictae sese accommodet, tum versu ἐγὼ μέν sqq. verum incipiat diverbium. Cantica solutionem amant, versibus bene distinctis. Quae enim neutra tres syllabas breves, ut ἄχεα, ὄρεα praebent, sedem propriam habent aut in versibus trochaicis jambicisque solutis (υυυ υυυ υυυ) aut in dochmiis ejusdem generis (υ υυ̲ ῡῡ ᵘ ῡῡ), ubi animi commotio vegetiorem numerum requirit, synizesi repudiata: ἄκεα Aeschyl. Eumen. 500. ἄχεα Eurip. Med. 108, πάθεα Soph. Oed. R. 1330. Sin vero inter puros jambos et trochaeos contractione scripta carent, certe per synecphonesin inclinamentum εα pronuntiandum esse versus strophicus docet: βέλεα Soph. Oed. R. 205 ἔπεα Eurip. Herc. F. 111, φάρεα Hippol. 132. Inde nata est Elmsleji sententia ad Bacch. 1168, quae contracte pronuntianda sint, etiam contracte scribenda esse. Non recte. Subtili enim delectu tragici formam solutam adsciverunt, ut carmina sua colore lyrico distinguerent. Ego in his et talibus codices sequendos puto. A numeris anapaesticis, dactylicis similibusque hae formae solutae prorsus abhorrent. De versu enim Iphig. Taur. 189, in quo ἄχεα legimus, satis est adire Hermannum ad h. l., qui contra Dindorfium (Aristoph. Av. 333) et Marklandum adeo manifesto demonstravit, trochaicam anapaestorum interruptionem esse, ut addi nihil possit. Prima autem syllaba producta metro dactylico et choriambico accommodantur: ἄνθεα Eurip. El. 190, ἤθεα Hippol. 1111, πένθεα Phoen. 807. Hanc rationem relinquit τεύχεα Phil. 398, syllabis τευ et χεα inter duos dochmios distributis. Pro dissyllabo τείχεα Eurip. Troad. 1077. in v. paeon. s. cret. Matthiae recepit τείχη. Apocopen patitur τείχε' Eurip. El. 1196 v. dochm. Non recte Ellendt. Lex. Soph. Volum. II. p. XII. δένδρεα affert, immemor Ionici δένδρεον. Contractionem genitivi pluralis Sophocles et Aeschylus diverbiis raro concedunt, Euripides praeter ψευδῶν (Andr. 323, 448. Hel. 317, 762) et ἐτῶν (Hel. 112, 793) complexione prorsus abstinet. Verum in cantionibus trium tragicorum εων semper scriptum legimus, excepto unico ὀρῶν Aeschyl. Suppl. 554. Tribus autem syllabis pronuntiari debent genitivi quatuor morarum in versibus dactylicis, anapaesticis, choriambicis: ἀχέων Aeschyl. Agam. 1559 βελέων Soph. Phil. 1151. λεχέων Eurip. Med. 996, bisyllabe legendi sunt in versibus jambicis et dochmiis: ἀχέων Aeschyl. Sept. 926, ἀχέων vero Soph. El. 852 Hermannus in αἰῶνι mutavit, quod metro et sensu mendae arguitur. Qui moras quinque continent, in versibus dactylicis aliisque id genus pronuntiatione sunt bisyllabi: ἀλγέων Soph. Phil. 827 ἀνθέων Eurip. Med. 838 στηθέων Aeschyl. Sept. 849, in jambis, trochaeis et dochmiis, prout versus postulat, sunt bisyllabi aut trisyllabi: ἀλγέων Aeschyl. Sept. 353 τειχέων Furip. Or. 239 ἀλγέ͡ων Eurip. Supp.

1156 τειχέων Eurip. Troad. 1287. Hinc trisyllabum πέλαγος distat: πελαγέων Soph. Aj. 702. v. dochm. πελαγέων Antig. 966 tetr. dactyl.

Haec de tragicis. Aristophanes, a quo contractio non scripta, sed pronuntiata plane abest, casum primum pluralis nisi certo consilio non solvit: ἄχε' ἄχεα Ran. 1279, ubi Aeschylus carmen profert ad imitationem Euripidis, metris utentis mollioribus et iis, quae syllabis cumulatis brevibus fracti aliquid et dissoluti sonant. Itaque scholiasta: χαρακτηρίζουσι τὰ Εὐριπίδου μέλη, ὡς ἐκλελυμένα. Idem fit Thesm. 1040 πάθεα. Ex loco enim comoediae apparet, Euripidem proximo ante Thesmophoriazusas anno Andromedam, cujus partes l. l. Mnesilochus fert, in scenam commisisse. Acharn. 1114 στυγερὰ τάδε γε, κρυερὰ πάθεα Lamacho vulnerato bene convenit. οὔρεα Aristophanes upupae dictionem comicam spernenti accommodat, Av. 241. At Thesm. 992 forma ὄρεα non dubitatione vacat, metro vacillante. Diaeresis genitivi pluralis latius patet, quippe a recentioribus comicis etiam diverbiis illata: νεφέων Philem. fragm. p. 422. Aristophanes hexametris heroicis, Aristophaneis versibus et carminibus lyricis numeri ejusdem attribuit: Av. 909 ἐπέων; fatidicus oraculum profert. Ran. 1454 ἀχέων hex. heroic. Acharn. 1082 μελέων. Vesp. 590 βελέων v. Aristoph. Postremo animadvertas, ea tantum vocabula solvi, quorum nominativus plur. tres, genitivus quatuor moras contineat. Genitivi singularis exempla soluta apud comicos non comparent. Dualem tragicis inusitatum semper in η terminant, ut Thesm. 24 σκέλη.

β. In ευς, ης, εης exeuntia.

Casus quartus nominum in ευς exeuntium εα, εα, η, ηα, pluralis apud tragicos εας, εας, ηας, apud comicos εας, εις praebet. Exemplis a Lobeckio ad Ajac. 104 et Monkio ad Alc. 25 allatis adde: Eurip. El. 437 Ἀχιλῆ c. Phaet. fragm. 24 βασιλῆ v. dact. Cycl. 234 ἀμφορέα trim. satyr, ubi ad anapaestum evitandum synaeresis vix opus est. Iph. Aul. 938 Νηρέα; vocalis α corripi potest, ut Electr. 604, 767 φόνεα S. et ibid. 457 Περσέα C. Aristophani hanc correptionem non obtrudam: Ran. 816 Πηλέα S., per synecphonesin legenda. Plut. 76 jam Reisigius (Conject. in Arist. p. 62) synizesin aegre tulit:

εἶτ' οὐχὶ Σοφοκλέα πρότερον ὄντ' Εὐριπίδου.

Itaque vereor, ne scribendum sit auctore Bentlejo οὐ Σοφοκλέα. Similiter enim apud Euripidem Phoen. 460 libri fere habent οὐχὶ περιπλοκάς, sed MSS. Laud. οὐ περιπλοκάς. Quo ductus haec saepius confusa esse putaverim. Etiam Thesm. 26. synaeresin rejicio, dubitans an anapaestus in pede sexto a trimetro inter duos versus diviso veniam accipiat:

Eur. Ὁρᾷς τὸ θυρίον τοῦτο
Mnesil. νὴ τὸν Ἡρακλέα

Sed non est ejusmodi, ut hanc sententiam acriter defensitare velim. Acharn. 1083 libri: τὸν ξυγγραφῆ τὸν μελέων ποιητήν. Dipodia jambica: τὸν ξυγγραφῆ, praecedens et respondens choriambo, etsi ferri utcunque potest (cf. Hermann. Elem. d. metr. p. 427), tamen perplacet Elmsleji emendatio: τὸν μέλεον τῶν μελέων ποιητήν. Apud scholiastam enim verba τὸν ξυγγραφέα ad interpretationem pertinent suntque profecto ea, quae ab explicatore adscripta esse videantur. Ludit poeta, ut ait Elmslejus, in similitudine vocum μέλος et μέλεος. Inclinamentum εας semel tantum apud Euripidem pronuntiatione coalescit. Rhes. 480 ἀριστέας, nec ἀριστεῖς emendandum, quippe quam terminationem in tragoedia et comoedia antiqua legere non meminerim. Incuriosior est Menander: Gnom. 72 fragm. p. 266 γονεῖς. Scripturam vero, ηα, ηας a Lobeckio suspectatam praeter numeros dactylicos critici recentiores correxerunt: τοκῆες Pers. 575 in τοκέες. Sine causa G. Dindorfius Τυδῆι et censuit scribendum et scriptum exhibuit Eur. Supp. 136, expulsa Aldinae scriptura verissima Τυδεῖ τε. Arist. Acharn. 1229 τοκήων. Dum enim Lamachi filius distichon Archilochi recitare vult, Trygaeus, ut risum moveat, sic pergit: κατήσχυνας δὲ τοκήων. Restant Ὀδυσσεῖ Cratin. fragm. p. 100 dim. anap. τοκέες Aeschyl. Pers. 63 anap., βασιλέες Sept. 789, senario suspecto, quia ex v. 805 natus sit et sensum ordinemque stichomythiae turbet. Ita Schütz. Blomfield. Wellauer judicant. Attamen quodam modo defendi potest. Nuntius enim responso incepto: πόλις σέσωσται, βασιλέες δ' ὁμόσποροι, repente silentio se interrumpens timet, ne virgines inexspectata verborum suorum diritate nimis laedantur ac minus significanter pergit: ἄνδρες τεθνᾶσιν. Sub fine vero colloquii gravitate quadam sermonem, quem supra orsus erat, totum profert. Equidem sic sentio, nisi putes, hoc ex aetatis recentioris ingenio magis quam antiquioris dictum esse. Stichomythiam enim interpellatam non fastidio. Genitivum et accusativum nominum in ης exeuntium Euripides in metro dactylico et anapaestico non contrahit. Παλαμήδεα Iphig. A. 196, Πολυνείκεος Phoen. 135. Alius autem metri est Hecub. v. 1061, quamobrem interpretes, nixi Mosq. B. Ἀρεοκάτοχον, pro Ἄρεϊ formam Ἄρεος aut Ἄρει ex conjectura dederunt. Illud enim repeto, si cui Ἀρηϊκάτοχον in mentem veniat, id cum usu tragicorum non conspirare. Ἄρεα legimus Soph. Oed. R. 190 et Ἄρηα Hesychius ex Eumeli hexametro affert, fragm. 213. His verbis finitima sunt Ἐτεοκλέης et Ἡρακλέης, a tragicis semper contracta, nisi in primo pede senarii leguntur: Aeschyl. Sept. 6 Ἐτεοκλέης, Eur. Phon. 529 Ἐτεόκλεες. Heraclid. 210 Ἡρακλέης. Sin vero senarium claudunt, propter vocalem apud tragicos ancipitem et contractione et diaeresi uti licebat: Eurip. Ion. 1159 Ἡρακλέης. Herc. F. 575 Ἡρακλῆς. In aliis senarii pedibus semper for-

mam reperies contractam: Soph. Trach. 155 Ἡρακλῆς. Eurip. Phoen. 442 Ἐτεοκλῆς Eurip. Herc. F. 68 Ἡρακλεῖ. Peccatum inhaeret voci Ἡρακλῆος Heraclid. 541. Elmslejus Ἡράκλειος emendavit. Sed ut ἡ Τυνδάρειος παῖς Orest. 1505 recte dicatur, Ἡράκλειος tamen, non adjecto παῖς vel θυγατήρ, dubito an usquam reperiatur. Hermannum illam Elmsleji emendationem ad. Hecub. 1061 comprobantem non capio. A tragicis differt Aristophanes, quoniam muta et liquida in trimetro comico positionem non efficit. Ea igitur nomina, quae a duabus syllabis brevibus incipiunt, solutione εης, εει, εες senario magis accepta sunt: Av. 100 Σοφοκλέης, Cratin fragm. p. 27 Σοφοκλέει, Equit. 283 Περικλέης, Nub. 124 Μεγακλέης. In hanc vero formam saepius peccatum esse, Brunckius ad Thesm. v. 169 partim e metri legibus, partim ex analogia, partim e codicum auctoritate ad evidentiam usque demonstrat. Prima producta complexionem subeunt: Lys. 863 Ἡρακλῆς, Eupol. fragm. 521 Ἡράκλεις, quibus accedit Θεμιστοκλῆς Equit. 827. Canticorum sunt paucissima. Ran. 439 Σοφοκλεῖ, Equit. 767 Θεμιστοκλεῖ vv. Arist., Av. 541 recentiores Ἡρακλέει scribunt, in libris Ἡρακλεῖ legitur; et fortasse in anapaestico tetrametro retinendum. Conferas ἀγρῶν ibid. 553 et ὀλιγοδρανέες ibid. v. 653.

Terminationem εος, εϊ jam Porso ad Med. 675 tragicis abjudicavit; nec metro diverbiorum non probatur. Carmen vero lyricum Ἡρακλέος semel flagitat: Hercul. F. 786.

γ. in ηΐς exeuntia.

In universum puto, editiones veteres si ubique in jota subscribendo omnino non sequendos esse, sed solo versu aliquid certi statui. Quum enim librarii vetustissimi jota aut adscribere aut plane omittere soliti essent: postea, ubi seculo tandem decimo tertio adscriptio introducta est, ignorantia metri saepe numero decepti in utramque partem peccarunt. Qua propter haec errata silentio praeterimus.

Diaeresis substantivorum in ηΐς desinentium in exitu senarii metro postulante admittitur: παρηΐδος Eurip. Hecub. 272 Νηρηΐδος Iph. A. 865, aut si genitivus plur. initium versus jambici facit: Χρυσηΐδων Aeschyl. Ag. 1440. παρηΐδων Furip. Phoen. 308. Eodem modo versus dactylici, anapaestici, choriambici solutioni indulgent: Eurip. Hippol. 1271 βασιληΐδα, Aeschyl. Sept. 316 ληΐδος, Eurip. Or. 1427 παρηΐδας. Vocula κλῄς solutionem nusquam adhibet: vulgatam enim κληΐδας Eurip. Troad. 260 jure repudiant Seidler ad h. l. et Hermannus ep. d. el. m. p. 297.

δ. In υς exeuntia.

Casus nominativus et accusativus plural. synaeresin et solutionem accipit, ceteri casus non contrahuntur, excepto Ἐρινῦν pro Ἐριννύων Eurip. Troad. 459 (vid.

Buttmann gr. gr. I. p. 186.) Synizesi afficitur Ἐριννύων Eurip. Iph. T. 900. 939. 1422, quam Phoen. 1307, retento ἕνεκ' pro εἵνεκεν, effugimus:

μενον ἰακχήσω

v. stroph. ἕνεκ' Ἐριννύων.

Aeschyleum γενύων dubitatione non vacat Sept. 115. Praeterea Soph. Oed. C. 1564 MSSta νεκύων πλάκα, quibus κατεύχομαι respondet, offerunt ac Reisigius defendit, ultimas syllabas contrahi volens. Sed assentior Elmslejo, qui putat, non esse probabile, hanc duram synizesin potius quam νεκρῶν Triclin. Sophocli placuisse. Dativi in υι contracti apud Homerum et Pindarum (Boeckh. ad Olym. 13, 85) exempla adsunt, in tragoediis nullum praeter παγχρύσῳ γένυι Jon. 1426. si haec scriptura certa: cf. Anecd. p. 1196 et Neue. fragm. Sapph. p. 21.

B. Adjectiva.

a. In εος, εα, εον exeuntia.

Huc pertinent materialia: b) quorum contractionem tragici saepissime omittunt: Eurip. Troad. 850 χρύσεος C. Iph. Taur. 1219. Herc. F. 348 χρυσέῳ C. Soph. fragm. 11 et 459 S. Eur. Cycl. 183. S. Iph. Aul. 248 C. χρύσεον. Soph. Trach. 1101 S. Eur. Ion. 1190 et El. 54 S. Med 633, 974. C. χρυσέων. Eur. Phoen. 168 C. Hel. 241 C. Electr. 176 C. Iphig Aul. 1039 C. Phaet. fragm. 2, 25 χρυσέοις. Soph. Oed. C. 1051. C. Eur. Electr. 191 C. χρυσέα et χρύσεα. Eur. Med. 1251 C. ex Musgrav. conjectura. Hippol. 81 S. Androm. 147 S. Erechth. fragm. 17, 46 S. χρυσέας. Eurip. Phaet. fragm. 1. S. χρυσέᾳ El. 710 C. Heracl. 911 C. Bach. 353 C. χρυσέαν Eurip. fragm. inc. 102 C. χρυσέαι. Eurip. Ion. 448 S. El. 315 S. Iph. Aul. 232 C. Troad. 819 C. Hel. 182 C. χρυσέαις. Eurip. Cycl. 391 S. χάλκεον. Aeschyl. Choeph. 681 S. χαλ-

---

b) Quum de his adjectivis aliter atque Ellendtius sentiam, locos ab eo jam allatos repetere ac supplere necesse erat. Incertam pronuntiationem vocis πορφυρέων bene adnotat Lex. Soph. p. XI. De χρύσεος vero apud Euripidem non dubito. Speciem ὀλοπαθῶν referentibus, quae contracte nec scripta sunt, nec proferuntur adde p. XIII.: Eurip. Hecub. 464. Med. 837. ῥοδέων. Phoen. 115 λαϊνέοισιν. Soph. Antig. 966 κυανέων. Eurip. Med. 2 κυανέας. Troad. 1084 κυανέαν. Andr. 993 κυανέαις et saepius. Hanc solutionem ex Hermanni adnotatione ad Hecub. 475 explicare possumus, siquidem verum est, quod disserit: „Falluntur, qui δαιδαλέαισι in quatuor syllabas contrahi posse, ut in tres contrahitur χρυσέαισι, putant, non attendentes, quid intersit, utrum syllaba longa an brevis praecedat." Quid? Nonne, synizesi verborum πορφυρέας βελέα, πελαγέων accepta, idem vult atque idem non vult? Procul enim dubio praescriptum illud tam substantiva quam apposita spectat. An Hermannus, antecedente syllaba brevi, ipsam contractionem scriptam repudiat? Tum non video, quomodo ἀργυροῦς, πορφυροῦς liqueat. Rectissime tamen synaeresin vocabulo δαιδαλέαισι exterminat, quippe ab adjectivis in αλεος desinentium alienam. Equidem conjecerim δαιδάλοισι aut δαιδάλαισι. Praeterea memoratu dignum est κυάνεον Aeschyl. Pers. 79 et κυανώπιδες ibid. 551. Conjecturam Blomfieldii κυανοῦν usus tragicorum non fert cf. Wellauer. ad h. l.

κέον Soph. Trach. 556 S. χαλκέῳ. Soph. fragm. inc. 731 S. χαλκέων. Eurip. Ion. 1 S. χαλκέοισι. Soph. Antig. 430 S. χαλκέας. Eur. Hecub. 700 C. σιδαρέῳ. Or. 1302 et 1396 C. σιδαρέοισι. Eurip. Hipp. 739 C. πορφυρέας. In melicis partibus et systematis anapaesticis, si contractione pronuntiata egent, synizesi afficiunt: Eur. Hec. 903 Ion. 146. 473. El. 441. Troad. 1096 χρυσέων. Troad. 1096 χρυσέα Hecub. 461 χρυσέαν. Bacch. 88 χρυσέαις. In diverbiis contracte enuntianda etiam contracte scribuntur; ante omnia in pede primo: Eurip. Med. 183 χρυσοῦς ib. 1157 et Alcm. fragm. II. χρυσοῦν. Ion. 1024 χρυσοῖσιν. Aeschyl. Sept. 419 χρυσοῖς. Eur. Rhes. 293 Soph. fragm. 767 χρυσῆ. Soph. El. 711 χρυσῆς. Eur. Bell. fragm. 30 χρυσῆν. Soph. Oed. C. 1591 χαλκοῖς. Eur. Rhes. 297 χαλκῆ Tr. 683 χαλκῆς; tum in pede tertio: Soph. Ant. 699. Eurip. Iph. T. 796 χρυσῆς Meleag. fragm. 4. Phoen. 856 χρυσοῦν. Soph. fragm. 21 Eur. Phoen. 26 Cycl. 33 σιδηρῷ. Bacch. 212 σιδηραῖς, ne secundus et tertius una voce contineatur. In pede quinto legimus: Eurip. Iph. T. 945 χρυσοῦ. Steneb. fragm. 4 πορφυροῦς. Itaque persuasum habeo, etiam ceteris diverbiorum locis adjectiva materialia, si concracte enuntiantur, contracte scribenda esse: Eurip. Phoen. 1359, Iph. Aul. 1247, Ion. 1180 et 1197. Aeschyl. Pers. 315, praesertim quum Phoen. l. l. non pauca MSSta mecum congruant. In comicorum diverbiis, quae ad prosam orationem proxime accedunt, diaeresis nunquam legitur. Formam enim χρυσέων, quam Schweigh. fragmento cuidam Menandri intulit, Meinekius improbat. Maxime a vero abest χρύσεον Cratin fragm. p. 62: Hermann χρυσίον, Dobr. χρυσοῦν emendavit. Cantica autem colore lyrico induta solutionem postulant: Aristoph. Thesm. 108 et 327, Av. 1621. Extremum est, ut Hermanni sententiam brevi attingam. Putat enim (ad Antig. 103) apud Sophoclem χρυσέα et χρυσέας citra scripturam non coalescere, sed usu sermonis Euripidei comprobante vocalem υ corripi. Ubi vero Sophocles hanc vocalem corripit? Etenim quum vir doctissimus, nisi ex Sophocle ipso exemplum proferatur, synizesin admittere nolit, efficitur, ut correptio etiam sine exemplo ex ipso poeta allato rejicienda sit. Oed. C. 1051 legimus χρυσέα et incerta pronuntiatione sunt χρυσέα et χρυσέας Oed. T. 185. 188: equidem in his versibus, qui ad epicorum exemplum conditi sunt, more modoque Homeri χρυσέας et χρυσέα legere malo.

β. In οος, οη, οον et οος, οον exeuntia.

Aeschyl. Glauc. Pont. fragm. 30 διπλόοι S., forma illa insolens, quam Lobeckius (ad Aj. 419) jam enotavit. Idem pro δίχροον Eur. El. 775 ingeniose emendavit l. l. δίκροτον. Adjectivum ἀθρόος praescripto grammaticorum servato apud poetas scenicos legitur. Eurip. Herc. F. 483 Bacch. 681. Arist. Acharn. 26. Vesp. 1334. Difficilius est aliorum usum perspicere. Quamvis enim non pauca, quae modo pertractavimus, ex arbitrio poetarum pendere nec certis legibus adstricta esse videantur: latis-

sime tamen licentia poetica nunc pullulat. Necesse est igitur aliquando subtilius scrutemur. In primis magni aestimo, qua forma et natura sit nomen simplex. Quae enim nomina apposita in substantivum ab Atticis contractum (νοῦς, πλοῦς, θροῦς) exeunt, eorum dialysin tragici praeter διάπλοον Aeschyl. Pers. 380 carminibus et anapaestis assignarunt: Soph. Trach. 844 ἀλλοθρόου Antig. 343. 617 κουφονόων. Eurip. El. 708 ἡδύθροον. Aeschyl. Agam. 1411 δημοθρόοις. Sin vero substantivum a dialecto Attica alienum est (σόος, σοῦς) aut formam habet duplicem ῥόος, ῥοή, πνόος, πνοή: solutione admissa nihil discriminis est inter diverbia et cantica: Soph. Oed. C. 1313 δορυσσοῦς S. Aeschyl. Supp. 185 δορυσσόον. Soph. Phil. 491 εὔροον S. Sola autem diaeresis invenitur, substantivo contractioni non obnoxio: Aeschyl. Supp. 305 ὀξυγόοις vel terminatione οος absente (ζόη, χλόη, χοή) Aeschyl. Supp. 588 φυσίζοον. Soph. Oed. C. 1600 εὐχλόου. Eurip. inc. fragm. 12 ὑδρηχόου. Vides igitur, poetas scenicos maxime cavisse, ne Atticorum aures teretes et religiosae laederentur. De comicis nihil certi propter exemplorum raritatem statuere ausus sum.

γ. In ηεις et οεις exeuntia.

In diverbiis usu sunt rarissima: Eurip. fragm. 2, 1 πυροῦσσα. Aesch. Prom. 992 αἰθαλοῦσσα. Soph. fragm. Aload. 190 κεροῦσσα. Aesch. Supp. 1001 πτεροῦντα neutr. Sine contractione legimus φωνήεσσαν Eurip. Troad. 442. Cetera codicibus non satis firmantur. Aesch. Prom. 235 recentiores e Reg. F. δ' ἐτόλμησ' receperunt pro δὲ τολμῆς vid. Wellauer. ad h. l. In locum vulgatae Heathius αἱματοῦς substituit Oed. R. 1279. Scripturam vero membranarum Brunckii χαλάζης nemo adhuc in χαλαζῆς mutavit. Alii senario Brunckius τεκνοῦσσα intulit Trach. 308. Itidem Hermannus et recentiores emendarunt. In canticis exstant: Eurip. Ion. 306 πτεροῦντος. Hippol. 728. Phoen. 1019. 1952 πτεροῦσσα. Formae solutae exempla sunt plurima: Soph. Oed. T. 161. Antig. 1145. Oed. T. 474. Aeschyl. Supp. 560. Eurip. Phaet. fragm. 2, 62. Soph. Trach. 521. Aeschyl. Supp. 586. Eurip. Heracl. 776. Iph. Aul. 1273. Aeschyl. Hel. fragm. 63. Eurip. Iph. T. 1247. Troad. 830. Hel. 208. Troad. 1054. Iph. Aul. 1282, 1503. Aeschyl. Prom. 406. Soph. Antig. 354, 365. Eurip. Phoen. 184. Hel. 1037. Iph. Aul. 781. Soph. Oed. T. 186. Electr. 147. Pors. 1045. Oed. T. 509. Eurip. Ion. 1252. Electr. 464. Soph. Trach. 953. Aeschyl. Sept. 332, 740. Agam. 705. Choeph. 464. Soph. Antig. 610. Aeschyl. 285. Eurip. Iph. Aul. 1027. Hel. 231.

Phoen. 323. 828. Electr. 729. Phoen. 1491. Andr. 116. Aeschyl. Supp. 847. Soph. Oed. C. 158. Antig. 123. Eurip. Andr. 845. Aeschyl. Pers. 135. Eurip. Cycl. 46. Aristoph. Thesm. 324. Av. 247. His locis nixus Blomfieldii conjecturae ἀργῆς Aeschyl. Agam. 115, quam Hermann. ad. Hel. 1303 et Buttmann gr. gr. tom. I. pag. 169 comprobant, fidem abrogaverim. Non est enim, quod de adjectivo ἀργίας haereamus: similia sunt μορίας, ξανθίας, ὠχρίας, ὀμφακίας, etiamsi ad substantivorum vicem sese limaverunt. Qui vero synizesin non ita frequentum (ἀργιᾶς) improbat, ei ex Aeschyl. Choeph. 65 Τρωιᾶς oppono. Huc accedit, quod aquila πύγαργος multo aptius ἀργίας quam ἀργήεις dicitur, quoniam hoc adjectivum colorem splendidum, illud album eumque innatum significat. Itaque aut ego prorsus fallor, aut viri doctissimi nodum in sirpo quaerunt. Campus conjecturae patet Eur. Androm. 286 et Hel. 1303: quapropter emendationibus abstinendum est, quae ab usu orationis tragicae discedunt. Nihilominus αἰγλᾶντα et ἰλᾶντα quidam correxerunt. Neque certius constat, num Sophocles Antig. 123 λευκᾶνθ' scripserit.

δ. In ης et εης exeuntia.

In senario mutilo, quem diverbii esse versus sequentes indicant, repperi φιλανθέος Eur. inc. fragm. 115. Canticorum loci vacillant: Aeschyl. Pers. 94 εὐπετέος libri uno tenore: scribendo εὐπετοῦς Blomfieldius dimetro Ionico succurrit. Sed quomodo εὐπετέος irrepserit, vix dicas. Seidleri de vv. dochm. p. 393 defensio vulgatae caussis destituta est iis, quae evidenter assensionem extorqueant. Aeque intacta relinquo: Aeschyl. Supp. 122 ἐναγέα; totus versus auxilium manuscriptorum exspectat. Eur. Herc. F. 1026 ἐπῳδέα: sed corruptum esse locum, et e metrorum insolentia et e verbo δαΐω apparet. Bacch. 939 Brunckius λυσσώδεα tacite dedit. At ne Hermannus quidem versum emendare conatus est. Maxime laborat ἔγχεα Eurip. El. 478 et ἐκτελέων Aeschyl. Ag. 105, quod quidam pro participio accipiunt. In anapaestis vero ejusdemque numeri versibus a libris standum: Eurip. Phoen. 163 ἀνεμώκεος ibid. 1486 βοστρυχώδεος. Troad. 124 πορφυροειδέα, quod Hesychius nescio quo jure contractum scripsit. Aeschyl. Sept. 219 δυσμενέων. Eur. Troad. 143 χαλκεγχέων. Arist. Av. 1623 βαρυαχέες: Pistheterum enim poeta verbis sublimibus Pindari et tragicorum utentem inducit. Nub. 279 βαρυαχέος in carmine ad modum tragicorum composito.

Ex altera classe Sophocleum εὐκλέα Oed. R. 161 hex. her. affero, quod inter-

pretum nemo addubitat, si Elmslejum exemeris. Sane miror, quod virum linguae graecae scientissimum semel plus latet, quanta subtilitate aliis numeris alia verba tragici adaptaverint. Vocis *νηλεής* forma non Attica (Lob. ad Phryn. p. 711) etiam in diverbia immigravit: Aeschyl. Prom. 42. In canticis exstant: *νηλέα* Soph. Oed. R. 180 *νηλής* Eur. Cycl. 468 *νηλής*. Reliqua hujus ordinis adjectiva legibus prosae orationis conveniunt, praeterquam quod, Hermanno teste, Soph. Phil. 859 *ἀλεής* synecphonesi videtur affectum. Illud enim incommodi habent epodi, ut saepe de numerorum dispositione ambigamus.

δ. In *υς* exeuntia.

Soph. Trach. 114 *εὐρεῖ* trim. dactyl., singulare positum.

C. Verba.

Si nominum dialysin poetae scenici intra carmina melica et anapaestos coercere solent: complexio in verborum fine omissa a sermonibus alternis plane abest. Cujus enim sint auctoris duo senarii, in quibus *μεδένσ'* exstat, Aristoph. Lys. 768 et 769, viri docti nondum exploraverunt: quamquam dubium non videtur, quin tragici locum hic deridendum populo tradat comicus. Cratin. fragm. p. 149 Meinekius vulgatam *οἰκέω* S. tenet. Videtur enim poeta Solonem loquentem fecisse ea lingua, qua in carminibus usus est. In lyricis partibus tam rara est solutio verbi, ut difficile sit, certi aliquid dicere. Aristophanes quidem, excepto *μεδέων* Equit. 519 in anap. tetram. cat. relegat: Av. 655, Equit. 712. Thesm. 56, nisi data opera de dialecto Attica declinat. Hermipp. fragm. p. 410 *καλέουσιν* in hexametro dactyl. legi. Euripides, cujus poesis civili sermoni propior habetur, quinque tantum canticorum locis ad verbi dialysin descendit: Or. 155. 1706. Hipp. 166. Androm. 125 fragm. inc. 103. Dubitatione non vacant: Androm. 1200 et Med. 423. Aeschylus et Sophocles parum discrepant: ille Supp. 116. 127. Prometh. 542. Agam. 105. 149. Pers. 64. 540, hic Aj. 424. Oed. C. 178. 228. 1244. Trach. 635. 639. 1263. Phil. 1161 diaeresi utitur. In explicatione autem verborum: *ἀχέων ἐν ἥβᾳ* El. 159 non mirandum est, quod scholiastae valde trepidarunt, nec recentiores interpretes se expedire potuerunt. Hermannus in editione Electrae de hoc loco sic disserit: „Res ipsa videtur postulare, ut *ἀχέων* nomen esse statuamus conjungamusque cum adjectivo *κρυπτᾷ*, ut *κρυπτᾷ ἀχέων ἐν ἥβα ὄλβιος* sit semota a doloribus in juventa felix." Sine dubio ea re felix, quia Orestes non domi,

sed apud Strophium commoratur. Quae quidem vir doctissimus recte ad fratrem refert, sed cetera interpretatio, si vere sentiamus, ab ingenio loci aberrat. Chorus enim Electram propter nimium luctum vituperat: Non tu sola, Electra, in te concepisti moestitiam, qua lugentes consanguineos Chysothemin, Iphianassam, Orestem superas. Si Hermannum sequimur, contortum habemus: plus luges quam lugentes sorores et felix frater. Stuctura enim verborum et conjunctio particulis *καί - τέ* facta admonet, ut ad *ὄλβιος* suppleamus: *οἷος ζώει*. Qui vero, ut tanquam nova enuntiatio cum *κρυπτᾷ* incipiat, post *Ἰφιάνασσα* plenius interpungere vult, ei particula *τέ* obstat. Postremo nescio an Hermannus senserit, enuntiationem totam inde ab *οἵα*, luctus ratione non jam habita ad *γονᾷ ξύναιμος* referendam esse. At talis enumeratio est inutilis ac paene friget, multo enim elegantius esse, si chorus omnes tres minus lugentes quam Electram dicat, nemo non videt. Huc accedit, quod Hermanni sententiae poeta ipse refragari, videtur, qui Electram v. 602 sic loquentem facit:

τλήμων Ὀρέστης δυστυχῆ τρίβει βίον

quod antecedentibus inconveniens Sophocles non scripsisset. Itaque puncto aut commate post *ἥβᾳ* posito *ἀχέων* participium esse arbitror.

Schulnachrichten.

A. Allgemeine Lehrverfassung.

Prima. Ordinarius: Oberlehrer Heydenreich.

1) Deutsch, 2 St. Zergliedernde Betrachtung der zur zweiten Periode gehörenden Dichtungen und Prosaschriften Göthe's. Hierauf die Literaturgeschichte von Opitz bis gegen die Mitte des 18. Jahrhunderts. Freie Arbeiten. Düringer. 2) Latein, 8 St. Cic. in Caecilium divinatio, in Verrem actio I. Tacit. Annal. lib. I. und ein Theil von II. 2 St. Horat. carmina lib. II. und III. 2 St. Privatim Cic. orat. pro Marcello, pro lege Manilia, in Verrem actio II., de amicitia, de senectute, paradoxa. Cornel. Nepot. vitt. Salust. bellum Catil. Jugurth. 1 St. Extemporalia. Exercitia und freie Arbeiten 2 St. Disputirübungen und Wiederholung der Grammatik 1 St. Fabian. 3) Griechisch 6 St. Xenophon's Cyropaedie lib. V. und VI. Platon's Gorgias. Homer's Iliade lib. I. bis XII. Sophocles Antigone. Alle 14 Tage eine Uebersetzung aus dem Deutschen in's Griechische. Lentz. 4) Französisch 2 St. Menzel's Handbuch, Seite 186 bis 283. Wöchentlich ein Exercitium oder eine freie Arbeit. Schneider. 5) Hebräisch, 2 St. Psalm 1 bis 41. Einübung der Formenlehre und Syntax nach Gesenius. Lentz. 6) Religion, 2 St. Lectüre der ersten 4 Kapitel des Ev. Joh. Die Geschichte der christlichen Kirche bis zu den Zeiten Constantin's Gerlach im Sommer. Dafür Mathematik im Winter. Heydenreich. 7) Philosophische Propaedeutik, 1 St. Logik. Heydenreich. 8) Mathematik, 4 St. Im Sommer sind aus der Stereometrie die Lehrsätze über die Lage der Ebnen im Raum, über die Ecken, über die ebenflächigen und krummflächigen Körper (Tellk. Vorschule §. 286 bis 315) vorgetragen und eingeübt; im Winter die über Inhaltsbestimmung der Körper, §. 315 bis 320; Wiederholung der Trigonometrie und der Combinationslehre und die binomische Reihe. Alle 14 Tage sind 2 math. Aufgaben bearbeitet. Heydenreich. 9) Naturwissenschaften, 2 St. Die Statik der festen

